



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

34. De quodam pseudomoyse, qui ludæos in Creta induxit, vt neglectis facultatibus et possessionibus suis, se sectarentur, se. n. illos per mare in promissionis terram ducturum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

stolido ac deliro propheta creduli, suos  
dunt agellos: qui illos emit, sensit non frui  
sefe illum aluisse prophetam.

Sic Martialis in Cinnam ludit, qui cogit  
ab Astrologo morte sibi, ut perluat  
rat, imminente, amplissimum patrimonium  
vix annuo spacio dilapidat. Ille  
ille in Cinnam hoc epigramma.

*Dixerat Astrologus periturum te cito Cinnam.*

*Nec puto mentitus dixerat ille mihi.*

*At tu dum metuis, ne quid post fata relinques.*

*Haulisti patrias luxuriosus opes.*

*Bisq; tuum decies non toto tabuit anno.*

*Dic mihi, non hoc est Cinna perire cito.*

Nicephorus Callistus lib. 4. cap. 40. Ecclesiast.

histor. & Eutrop. lib. 14. rerum Roman.

quodam pseudomose, qui Iudæos in Creta

induxit, ut neglectis facultatibus & possessionibus

onibus suis, se sectarentur, se enim in promissionem

mare in promissionis terram ducturum.

CAP. XXXIV.

**C**VM Proclus Episcopus ad sacra Ecclesiæ  
gubernacula confederet, multi in Creta  
Iudæi Christianorum sacra sunt cum

*Pseudomoses* plexi, per causam huiusmodi. Vir quidam  
in Creta.

erat ex eorum genere, qui quum per fraudem  
& dolum vitam peregisset, postremo se etiam  
Mosen illum esse assimilavit: & coelitus in  
Cretam à Deo propterea missum esse contin-  
xit, ut eius loci Iudæos ipse per mare, perinde  
atque olim Israëlitas per rubrum sinum, duceret.

ret. Et passim infulam ipsam peragrans, ut se illum esse crederent, suavit: atque ut opes quas haberent, pecuniasque & possessiones omnes aspernarentur, cohortatus est: se illos per mare non aliter quam in arida, in promissionis terram ducturum esse pollicitus. Atque illi vanis illius promissis decepti, res operasque suas ubique neglexerunt, & facultates suas temerè quibuscunque diripiendas permisere. Vbi dies constituta aduenit, qua proficisci debebant, ipse quidem confidentia & fastu plenus, eis præijt: illi verò hominem, vna cum coniugibus, & aetate imbecilliore consequuti sunt. Itaque eos in summum quendam scopulum in pelagus excurrentem duxit: atque inde conijcere se ipsos in mare, veluti natantes & vrinantes, iussit. Idque ex illis quidam, statim ut imperatum eis erat, fecerunt, neque deinceps apparuerunt. Quidam etiam in præcipitio saxi allisi interierunt. Et vniuersi illi vel in vndis, vel in præcipitibus saxi perijissent, nisi Dei prouidentia, vix piscatores & alij mercatura victum quaritantes, Christiani homines, subitò affuissent, eosque modis omnibus extrahentes seruassent: tum primùm fortasè qua dementia capti essent sentientes, alios, quò minus se in fluctus proijcerent, prohibuerunt: eorum, qui antea id fecissent, interitum illi indicantes. Qui sanè egrè in animum secum reputantes, & fraudem sine iudicio susceptæ fidei & credulitatis deprehen-

*Pollicitus is est, se Iudæos per vndas maris itaq̃a per cōtinentiē ducturum.*

*Sed is ipse multos mortales in perniciē abducit.*

*Pseudomoses iste disparet.* dentes, vt miserabilem in modum enarra-  
 sustinuerunt: & tandem Pseudomosen illi  
 comprehendere sunt aggressi. Verum per-  
 re id minimè potuerunt. Confestim enim  
 disparuit, & magnam suspicionem præ-  
 perniciosum quempiam dæmonem sub  
 na specie gentem eam in exitium produ-  
 Proinde multi Iudæorum superstitioni  
 cio remisso, in Creta Christianam religio-  
 cōstanter susceperunt. Horum innumera  
 pè fuit multitudo.

*Multi Iudei  
 in Creta Chri-  
 stianismū sus-  
 ciipiunt.*

*D. V. Vilhel. Lindanus Episcopus Rurem-  
 in lib. de fugiendis idolis cap. 12. Quendam  
 demon in specie equitis, quendam  
 trum Fischerium, inuitauerit ad militem  
 dum Principi Auriaco, dicens se præfatum  
 duarum cohortium Gæsiacarum Principum  
 litantium.*

## CAP. XXXV.

**C**VM V Vilhelmus Nassouius Auran-  
 princeps Belgium inuaderet, transiit  
 Mosa repulsus copijs regijs illustriss.  
 Duci Albano militans, ne in Brabantiam  
 penetraret, in Franciam suas miseræ traheret  
 cohortes, fame languidas, inedia exhaustas,  
 rumque penuria omnium tantum non eue-  
 tas, vndique ad eum non pauci confue-  
 aut perfidiæ, aut sacrilegij, aut prædæ causa.  
 Contigit igitur quendam rusticanæ villæ  
 Merum vico Parochiæ Harten, iuxta Rure-  
 mundam famulum in agro suas facere operas.